

tis vineis: sicut non multis abhinc annis Basilius Moscorum princeps fecit, interdicto usu cerevisiae propter eandem caussam. Ideoq; singitur Lycurgus (teste Plutarcho) contemptor & hostis Bacchi.

BACCHÆ, SATYRIQUE, ] Ebrietatem comitatur Bacchi quoq; libido & insania: hac de causa Satyri & Bacchæ finmitatus. guntur esse comites ipsius Bacchi, non aliter atq; Lynces, Tigres, & Pantheræ. Satyri enim perhibentur esse adeo salaces, ut motus seu pruritus libidinis vulgo Satyrismus dicatur: Et constat Bacchæ fuisse mulieres furore correptas.

DECRETI, QVAM ] De hac fabula Diodorus Si- Decretidis culus scribit in hanc sententiam: Esse iuxta Ascalonem ci- simula- vitatem Syriae stagnum piscibus plenum, ac prope stagnum chrum. insigne templum deæ Decretidis, eiusq; simulachrum sic effectum esse, ut referat facie mulierem, reliqua parte cor- poris piscem: Huius vero fabula hanc narrari caussam, nempe Venerem aliquando obviam deæ factam, accendisse eam amore formosi adolescentis sibi sacrificantis, atque ex eorum concubitu filiam natam esse; Deam sui erroris pudore ductam, amovisse adolescentem, & exposuisse filiam in loco deserto & saxoso, se vero pudore & dolore compulsam abiecisse in stagnum. atq; ibi in piscem esse conversam: Hanc ob causam & Syrios abstinere piscibus illius stagni, Syrii eur ut qui produc habeantur. Hæc Diodorus: ex quibus ma- nifestum est, esse illam Ascalonitarum deam, qua in sacris piscibus. litteris Dagon appellatur. Nam & deus Hieronymus Dagon A- sserit, Dagon dici piscem maroris. Eadem dicta est Atet- scalonita- gatis lingua Syriaca, quasi sine piscibus, ut Athenaeus au- rum Dea. stor est, propterea quod abstinentia piscium colebatur.

AN MAGIS YT ] Semiramis Assyriorum regina, Semiramis fertur nutrita à columbis, unde & Syriacalingua nomen nutrita à Semiramidis, hoc est, columba ei inditum fuit. Nam cùm columbis. esset à matre exposita in loco deserto (ut idem Diodorus scribit) columba infantem alis conforverunt, & coagulato Columba lacte ex pastorum mapaliis surrepro, nutriverunt: in cuius insigne. rei memoriam, Babylonis columba, ut Romani aquila, usi Babyloni-